

Zf
4125

F. K. 70.

23

R. D. V. B.

Singulare

DONUM DIDACTICUM,

quò

*Vir excellentis Ingenii, omnigena Eruditionis & rara Eloquentia Famà
per Orbem literatum inclutus, nec non de Juventute
studiosa & Re literaria meritissimus,*

DOMINUS

CHRISTIANUS WEISIUS,

Primùm in ill. Augusteo Weiffenf. per IIX.
annos Politic, Eloqv. & Poëf. Professor publicus,
deinde in Patria Gymnasii Zittaviensis per XXX. ann.

RECTOR celeberrimus,

Anno superiori beatè defunctus,
longè lateque claruit,

Oratione in memoriam illius B. VIRI, sui quondam
Præceptoris ac Hospitis benefici, nunc in Rectoratu Zittav.

Antecessoris æternum devenerandi,

d. XIX. Novembr. Anno MDCCIX.

Finitis Sacris matutinis publicè habenda
celebraturus,

ad

Eam benignè audiendam

simulque

ad *INTRODUCTIONEM*

Designati Collegæ in Gymnasio

TERTII,

DN. M. CHRISTIANI Gottlob PITSCHMANNI,

Phil. & S. S. Theol. C.

sua Præsentia cohonestandam,

Omnes rei Literariæ PATRONOS, FAU-
TORES & AMICOS,

Hoc Programmate, quo simul *VITÆ WEISI-
ANÆ HISTORIA* breviter recensetur,
decenter invitat


M. Godofredus Hoffmannus Gymn. Zitt. Rect.

Zittaviae, Litteris Michaelis Hartmanni.

Z
4125



L. J. Kirchofen, Physico



Ria sunt, quibus ad pietatis, quod suscipio, officium B. DN. CHRISTIANO WEISIO præstandum compellor. Primò VIR iste celeberrimus Nominis sui gloriâ & Meritorum magnitudine insignem celebritatem *Zittaviensi* conciliavi *Gymnasio*. Hinc æquum est, ut omnes, qui in Officina bonarum literarum à WEISIO tam commendata operantur, tanti Commendatoris memoriam grati recolant. Deinde mihi cum olim contigerit esse tam felici, ut non modo adeo dextri Reçtoris uti informatione, verùm & per aliquot annos in Ejus Ædibus hospitari, Eiqve in Gymniali laboribus operam meam commodare liceret; gratæ mentis urget officium, ut Præceptoris & Studiorum meorum Moderatoris tam fidelis, & Hospitis tam liberalis, a me publicè prædiceretur Beneficentia. Tandem eum & suo Antecessori Successor honestæ Recordationis debeat studium; exsolvendum etiam à me erat hoc debitum illi, in cujus, DEO sic volente, successi cathedram. Sed quæ ratione exsolvam, quæ debeo? Constitui publicè celebrare vel potius admirari illud, quod WEISIUM præcipuè fecit in vita commendabilem, & post fata desiderabilem. De DONO nimirum Ejus DIDACTICO, quod, uti fuit planè singulare, ita præcipuam laudis materiam suggerit, aliquid, cras DEO volente, pro viribus differam, ita quidem, ut inquiram, (1) *in quo consistit*, (2) *quæ ratione acquisitum*, (3) *quæ tandem sine adhibito sit illud Talentum à WEISIO nostro*. Quo autem dicendi Argumentum eo svavius infinuatur Auditoris, hic ad præoccupandos istorum animos WEISIANÆ VITÆ brevem præmissurus sum Delineationem.

Natus est CHRISTIANUS WEISIUS d. XXX. April. sub quintam matutinam, MDCXLII. Patre ELIA, per annos XL. Gymnasti Zittaviensis Collega & Tertio. celebratissimo, qui hanc tandem felicitatem, ut à Filio, d. XVII. Januar. MDCLXXIX. publicè diceretur *Emeritus*, vivendo attingit, placidè defunctus eodem anno d. XIII. April. æt. LXX. Matrem habuit ANNAM, Georgii PRO. FELTI, Ecclesiastæ Chemnicensis in Bohemia Filiam, denatam d. XIV. Decemb. an. MDCLXXIX. Infantiam & Pueritiam Ejus optimorum Parentum dirigebat cura, quicquid Patriæ minitaretur belli nondum compositi calamitas. Imprimis Pater, argutissimus Ingeniorum indagator, cum fulgidis micare radiis Filii indolem conerret, in tempore ipsum destinavit Studiis, qui verò in iis magna otii intervalla habuit ob oculorum imbecillitatem, ut tandem an. MDCXLVI. ad fontes mitteretur Hornhusanos, non autem eo cum effectu, qui sumptibus responderet. Sexennis tamen Anno MDCXLVIII. jactis flectendi fundamentis, Scholam ingressus publicam, ita profecit, ut quoties res Præceptoribus esset cum rudioribus, WEISIUS noster sæpe constitueretur Discipulum ipsi multis annis superiorum Director. Ita per varias deductus Classès varios decenter audivit Magistros, *Christophorum Schiffum, Casparem Trallensium, Simonem Crusium, Gregorium Schmidium, M. Antonium Güntherum, Con-Reçtorem, M. Christianum Keimannum, Reçtorem*; quorum quidem fidelitatem grato semper prædicavit animo, ita tamen, ut primas optimo suo deferret Parenti, viro rerum scholasticarum ac ipsius Prudentiæ scholasticæ callentissimo, qui que rarissimum ut longævæ vivacitatis ita sedulitatis exemplum seculo suo præbuit. Hujus chari Parentis omnis in suo Ascanio stetit cura; hic cum insatiabili discendi desiderio flagrare videret Filium, non patiebatur injici remoram testinabundo & in studio suo tam promptè currenti. Hic itaque in educationis negotio nihil reliquit intactum, nihil in informationis studio & conatibus transmisit insalutatum. Imprimis id egit, ut crepundiorum studiis & puerilitalis nucibus mature depositis, non modo ad continua Discipularum exercitia, verum & quod in universa sua vita WEISIUS noster semper judicavit optimum, ad meditando studium, & ad extemporalem Eloquentiam Filio stimulos tantum non quodidianos subdere coneretur. Sic annos natus octodecim d. XII. Jul. Anno MDCLX. Lipsiam missus sublimioris Literaturæ curam habere cœpit NOSTER; & cum studio Theo-

Theologiæ ipsam patriæ consecrassent. *Ædes*, ea primum diligenter curavit, quæ ad provinciam intellexerat pertinere Theologi. Hinc in Ebraicis, quæ quidem domi jam latis excoluerat, audivit *Joh. Bened. Carpovium*, in Theologicis *Simonem Löfflerum* & *Kromayerum*, in Philosophicis *Jacobum Thomajum* & *Fridricum Rappoltum*, ab illo sobriam Philosophandi rationem, ab hoc artem rite colendi literas, quas vocant, elegantiores & philologica discendo. In Historicis unice sequendum duxit *Christ. Frid. Franckensteinium*. In hoc etiam Studiorum cursu academicis Philosophiæ honoribus ornatus, & quidem Anno MDCLXI. ipso suo natali Baccalaureus & MDCLXIII. Magister factus est, & paulo post d. XXV. April. pro loco inter Magistros disputationem habuit, eo quidem fine, ut Donum excolendi Didacticum amplior indulgeretur occasio. Hinc cum domi Auditores nobiliores instrueret Oratoris, Politicis, Historicis, Geographicis, Genealogicis (quibus Studiis maxime trahi videbatur,) foris ardebant ipsi Collegia Theologica *Kromayeri* & *Löffleri*, Juridica *Joh. Bornii* & *Amad. Eckolti*. Oratoriæ enim & Politicæ Studia Ejus animo ita insinuaverant amorem in Jura, ut parum abesset, quin totum se his manciparet; nisi voluntas restitisset paterna. Huic itaque obtemperans & Theologiæ & Jurisprudentiæ simul ita studebat, ut jocandi enalceretur materia amicis, an Theologis an JCris accenseri posset WEISIUS. Verum ita DEUS ipsum preparari voluit ad Scholam, in qua & Theologiæ & Jurisprudentiæ Cultoribus futuris propinandus est utriusque Professionis prægnatus. Interim post consecram sæpe cathedram præsidii causâ, geminam tandem habuit Disputationem, quam vocant PRO LOCO in Facultate Philosophicâ obtinendo; ut sola videretur restare Receptio. Et Expectatio hæc quidem Fortunæ Lipsiensis effectus, ut *Witebergam* & *Jenam* post salutem utrinque perfunctoriè dictam, subito relinqueret. Aliâ tamen promotionis viâ DEUS incedebat; cum enim *Dresdæ* & *Hamburgi*, quæ offerebantur, Conditiones, studiis suis non videret favere, circa autumnum Anno MDCLXXIX. antequam recipi posset in Facultatem Philosophicam, ab Illustrissimo Comite *Leiningsi*, SIMONE PHILIPPO, tunc temporis apud Principem *Halensem* primario Ministro, ad obeunda Secretarii officia, clementissimè advocatus, desiderium habitationis Lipsiensis paulisper cepit exuere, præsertim cum ob tempestivum nimis DN. Comitum obitum in Saxoniam inferiorem concederet, ibique, svadente Generoso Dno *Gustavo Adolpho à Schulenburg*, Ephoriam *Nobilium Assenburgerorum Amfurti* degenium, sub initium anni MDCLXX. acciperet. Vix tamen ac ne vix quidem degustatis ruralis vitæ deliciis à Reverendissimo ac Serenissimo DNO, AUGUSTO, Duce Saxon. & Gymnasii *Weissenfelsensis* Fundatore, clementissimè advocabatur, ut in jam dicto Gymnasio, Politicam, Eloquentiam & Poësin publicè profiteretur. Valere jussis itaque Amicis, quos in Saxoniam pepererat, & in quorum numero celeberrimus *Comingius*, Academiæ *Helmstädiensis* Lumen, & *Schraderus* Eloquentiæ Professor clarissimus, merito nominantur, eo ipso die confirmationem Vocationis indeptus est, quo ante decem annos Patriæ fines reliquerat; inde sipitis Cancellarium feriis d. IX. Aug. solemniter auspicatus est Professionem. Jam autem Functio semel suscepta postulabat vitæ Sociam, quæ meditationibus concatenatis occupato jucundum afferret adjutorium. Inde placuit optima Virgo REGINA, Dn. *Thome ARNOLDI*, Pastoris *Burgverbientium* prope *Weissenfelsam* Filia, quæ d. XVI. Octobr. Anno MDCLXXI. in Thalamum deducta, suum ita curavit Maritum, ut ejus & curas œconomicas sua sublevaret sedulitate, & spem Proles sua expleret fecunditate. Primum facta mater d. XIII. Octobr. An MDCLXXII. dedit Christianum, at vix in unius septimanæ delicias. Refarsit jacturam, d. XI. Jan. An. MDCLXXIV. per *Christianum Eliam*, filiolum indolis nimis præcocis, atque vel ideo minus vicacem; obiit enim multum spei secum auferendo d. XX. Mart. An. MDCLXXVII. Successe in ejus locum d. XIV. Maj. MDCLXXVIII. JOHANNES ELIAS, quem feliciter educatum & tandem maritum charissimum vidit Prens. Natus autem hujus Filii varia comitabatur rerum vicissitudo. Amittet enim WEISIUS noster Conjugem d. XVI. Maji; atque ipse vocabatur in patrii Gymnasii Receptorum. Parebat nutui divino, d. XIX. Jul. eod. anno recipiendo hæc spartam-

Ed

FR 244125

Sed hic cogitandum erat de nuptiis secundis, quas Ipsi verè secundas lectissima Virgo, ANNA REGINA, Dn. Godofredi NESEN tum in Curia Zittavienti Iudicii Assessoris, post Prætoris meritissimi, cuius duo Filii, Dn. JOH. WILHELMUS Consul, & Dn. JOH. CHRISTIANUS Prætor, de Patria adhuc optimè merent, Filia reddebat d. XIX. Jun. An. MDCLXXIX. WEISIO desponsa; quam bis quidem matrem, verum & bina prole orbatam, voluit DEUS, cuiusque paternæ curæ nunc Eam committimus viduam. Cæterum sua in Functione quid egerit, qua dexteritate, qua prudentia, qua assiduitate Boni Præceptoris & Rectoris officio satisfecerit WEISIUS, illud ipsum est, de quo cras, D. v. nonnulla publicè disserere constitui. Hic vero, quæ recensenda restant, ad extremum vitæ Weisianæ actum spectant & catastrophæ. Natura ipsi dederat corpus exiguæ quidem molis, adeo firmæ tamen valetudinis, ut nunquam vel rarò Medicorum cogereetur sollicitare præsidia, si collurgia exceperis, quæ ob oculorum dolores interdum desideravit. Ingressus verò annum septimum & sexagesimum sensit non calore modo se pristino destitui, & vigorem marcescere, verum & omnia corporis membra suo claudicare officio, imò gregatim mortis irruere nuncios. Hinc d. VIII. Septembr. an. MDCCII. à PATRONIS honestam petiit & impetravit relaxationem, atque rem ita vidit succedere, ut vel postridie suo Successori per literas propria manu scriptas suam significare poterit votum & desideria. Erat enim WEISIO nostro animus tam excelsus, erant ipsi tantæ ingenii vires, ut nec ægritudinis acerbitate inflecti, nec viciniâ mortis frangi posset. Certè vidimus in corpulculo infirmo & exhausto hospitari magnam & incomparabilem animam. Audivimus in lectulo emortuali oratorem non minorem eo, quem audiveramus in cathedra. Ultima oratio Festo Michaelis feriebat Primæ Classis Auditores, ad sellam confessionariam ducentes, Præceptorum jam langventi deprecantes, quos ibi novo parere Rectori iussit verbis tam prægnantibus, ut in ultimo hoc sermone omnes loquendi vires videretur componere. Verbo: WEISIUS suo exemplo docuit, dari ingenia tanti roboris, ut ea nec curæ mordaces, nec labores assidui, nec marasmus senilis, nec vel ultimi mortis insulcus deterere possint. Mens enim integra ipsi perstrit ad ultimum usque halitum, quem d. XXI. Oct. An. MDCCII. & ætatis LXVII tam placidè efflavit, ut non mori sed molliter obdormire videretur. Ejus ossa quarto post obitum splendidis exequiis sepulta in Templo Johannaë quiescunt; & ingenii excellentis gloria multis iisque egregiis servatur Scriptis. Celebranda interim est paternæ Dei providentiâ, quod MENTI WEISIANÆ tot raras inesse Dotes, atque iisdem per tot annos Juventutis studiose Salutem juvari, Remque ornari Literarum voluerit. Cæterum cum in Gymnasio nostro Obitus Dn. M. Joachimi CURTII, Collegæ Tertii benè meriti, rursus vacare fecerit partem, rogandæ quoque humiliter est DEUS, ut eandem pro paternæ suæ circa Rem Scholasticam curâ feliciter suppleat. Designatus jam fuit à PATRONIS Successor, Dn. M. CHRISTIANUS Gottlob PITTSCHMANNUS, Phil & S. Th. C. Filius b. Dn. M. Georgii Gottlob Putschmanni, Patris Sigersdorffensium vigilantissimi, & Frater uterinus Dn. Godofredi Ludovici, Rectoris in ill. Gymnasio Saxo-Hennebergico celeberrimi, Fautoris & Amici mei multum honorandi. Introducendus itaque novus iste Collega cras, D. V. Functionem suam Scholasticam auspiciari constituit Oratione quadam de *Via ad solidam Eruditionem compendiaris*. Et cum illud dicendi argumentum Dissertationi præe de *Singulari WEISII nostri Dono Didactico* benè congruat & satis aptè respondeat: spes oritur, fore, ut utrique aures præbeantur eò benigniores. Proinde opus non erit, ut proluxa nunc invitatione defungar. Novi enim, quanto in pretio apud PROCERES & CIVES Zittanos fuerit WEISIUS; hinc ipsos ad recolendam Viri tam chari memoriam ultro accessurus confido. Neque ignoro, quam cupidi sint omnes Zittavia aurâ svaviter afflanti ad pulverem Scholasticum patienter sorbendum concitare debet, futurum, spero, ut Auditores splendida sua præsentia Viro pulverem hoc munus jam adveniit solatium ferat non rogati. Faxit Deus, ut, qui jam promtè favent, diu favere possint. P. P. d. XII. Novembr. MDCCII.



mc

ma
Ju-
US
ilia
em
unc
ex-
tis-
on-
um
deo
rare
vit.
pri-
au-
an,
rem
otas
nus
cti,
au-
or-
atio
du-
tori
ires
anti
nec
ulti-
pla-
polt
ccel-
ater-
iis-
riam
III,
umi-
fip-
ttfob
Pa-
i,Re-
mul-
nem
dicio-
ulari
fore,
olixa
S &
emo-
andi
Zitra-
Citare
hoc
nté

Pon 2f 4125, IK



f

von





F. K. 70.

23

Q. D. V. B.

Singulare

DONUM DIDACTICUM,

quò

*Vir excellentis Ingenii, omnigena Eruditionis & rara Eloquentia Famè
per Orbem literatum inclytus, nec non de Juventute
studiosa & Re literaria meritissimus,*

DOMINUS

CHRISTIANUS

IS,

Primum in
annis Pol
deinde in

eiffenf. per II X.
ofessor publicus,
per XXX. ann.
is,
inctus,

Oratione in
Præceptor.

IRI, sui quondam
n Reçtoratu Zittav.
erandi,

d. XIX. M

M DCCIX.
abenda

De

NEM
Gymnasio



DN. M. C.

ANI Gottlob

F

UNI,



Omnes rei

am,
ONOS, FAU-

Hoc Progr
AN

OS,
ITÆ WEISI-

M. Godof

ccenfetur,
mn. Zitt. Rect.

Zittaviae, Litteris Michaelis Hartmanni.

L. J. Kirchofen, Phys



B.I.G.

3/Color

White

Magenta

Red

Yellow

Green

Cyan

Blue

Farbkarte #13

Centimetres

8
7
6
5
4
3
2
1
1
2
3
4
5
6
7
8
9
10
11
12
13
14
15
16
17
18
19

Black
Black
3/Color
White
Magenta
Red
Yellow
Green
Cyan
Blue